

DISSERTATIONEM IVRIDICAM TERTIAM
OVA DEMONSTRATVR

CAVTIONEM VSV- FRVCTVARIAM

NEC VERI NEC QVASI VSVSFRVCTVS
SUBSTANTIAM INGREDI SED SOLVM NATVRALE
EXTERNVM ATTRIBVTVM ESSE

ANNVENTE CLEMENTER DIVINO NVMINE
AVCTORITATE ET IVSSV

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

DOMINI

GVILIELMI V.

AVRIACI ET NASSAVICI PRINCIPIS
RELIQ.

PRAESIDE

WOLRADO BVRCHARDI

I. V. L. ET PROF. P. O.

FACVLT. IVRID. H. T. DECANO

DIE VIII. MARTII. A. R. S. cl. I. cc LVIII.

H. L. Q. S.

PVBLCAE COMMILTONVM DISQVISITIONI

EXHIBEBIT

PHILIPPVS CHRISTIANVS IECKELN

HERBONA - NASSAVICVS.

HERBONAE,
LITTERIS REGELINIANIS.

THEATRUM MUSICO-MATHEMATICUM

CATACOMBAS AVSA
HESIODA ET ALIUM

ALLEGORIAE ET HISTORIAE
DE MUSICA

DISSE^TAT^O IVRIDICA TERTIA.
DE
CAVTIONE VSVFRVCTVARIA
RELIQVA.

CAPVT III.

NVM QVASIVSVSFRVCTVS SVB-
STANTIAM ATTINGAT CAVTIO?

§. XXIX.

Qum in *praecedente cap. II* demonstratum fuerit, v^e sufructuariam cautionem ad essentiam veri vsum fructus minime requiri; sed naturale attributum esse: iam de quasiusfructu idem sumus ostensuri hoc III capite, ac postrema dissertationis huius parte. Id saltim in limine adhuc tribus monere licebit verbis, *de cautione quasiusfructuaria seu ciuili peculiarem Disputationem publici fecisse juris IOANNEM REBHAN*, Argentorati anno 1659.

Argu-
mentum
huius ca-
pitatis.

§. XXX.

Romani in explicandis negotiis acuti nimis et subtilles vsumfructum ad solas res non fungibles, i. e. quae mani non vsum non consumuntur, restringere haud dubitarunt; ita permittitur, nec *naturali* nec *civili ratione* fungibilium rerum vsumfructum consistere posse, defenserent, §. 2 *I. de v. in rebus sufructu.* *Naturalem rationem* non quidem deriuabant fungibili, ex iure naturae; nec ex legum ciuilium dispositione;

E

sed

34 DISSERTAT. IVRIDICA TERTIA. C. III. § 30, 31.

sed ex ipsa rerum fungibilium et ususfructus natura seu qualitate. Huic scilicet abusum, sine quo rerum fungibilium nulla concipi utilitas potest, e diametro aiebant oppositum: remque adeo ipsam exigere, ut salua rei substantia seruaretur. Porro *civili* etiam ratione eiusmodi de prohiberi usumfructum ideo credebat Romani: quod leges ciuiles, dum iure dominii quisque de re sua disponere fructusque sibi seruare queat, expresse innuerent, seruitutem in re propria absolvam esse; nec tamen, cum nemo nisi dominus rem consumere illaque abuti possit, *arg. L. 2 §. 2, et L. 16 D. de rebus creditis, §. 2 I.* quibus alienare licet vel non, fungibilium rerum usumfructum cum effectu constitui posse, nisi dominium in ususfructuariū transseratur, *L. 7 D. de ususfructu earum rerum, quae usu consumuntur.* Quae quidem notiones ususfructui prorsus repugnant. Confer. HVBERTVS GIPHANIVS in *Commentario ad §. 2 I. de ususfructu p. 134.*

§. XXXI.

Qua ratione introductus fuit quae ususfructus?

Quum tamen maximus legatorum apud Romanos esset favor; et Reipublicae interesse videretur, ut ultimae defunctorum voluntates exitum sortirentur: de non inepto, usumfructum rerum fungibilium ultimo testatoris iudicio relictum inuehendi, medio cogitarunt. Historiam dat VILPIANVS in fragmentis tit. XXIV §. 26 et 27, apud ANTONIVM SCHVLTINGIVM in *Iurisprudentia veteri ante Iustinianę p. 698.* Utilitatis enim causa, prouti verba §. 2 I. de ususfructu exhibent, h. e. pro conferuandis ultimis voluntatibus, *Senatum introduxisse, ut earum quoque rerum, quae usu consumuntur, ususfructus valide queat constitui.* Nec verba omnia, nec diem aut Consulem huius SCti, cuius frequens in *L. 1, L. 2, L. 5, L. 8, L. 11, D. de ususfructu earum rerum, quae usu consumuntur, L. 24 D. de usu et ususfructu, ceteris legislati, L. vlt. D. ususfructuarius quemadmodum caveat, L. 1 C. de ususfructu,* et alibi occurrit mentio, nobis fata concesserunt; quantum autem ex aetate ICtorum, NERVAE, CASSII, PROCULI et MAS-

C. III. §. 31, 32. DE CAVTIONE VSUFRVCT. 35

MASSVRII SABINI in L. 3 et L. 5 §. 1 D. *vſuſructuſ earum rerum, quae vſu conſumuntur nominatorum, qui ſcriptis suis atque interpretationibus hoc illuſtrarunt SCtum, coniicere licet, AVGVTI vel TIBERII Imperatorum aeuum ſpirare videtur, cum CICERO NI nondum innotuerit.* Nam hic in suis *Topicis cap. III* dicit: *Non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauerit, celiſ viñariis et oleariis plenis relitis, putare, id ad ſe pertinere.* *Vſus enim; non abuſus relitus eſt.* Hinc ipſi re- rum fungibilium vſumfructus necedum fuit cognitus, fed aetate exſtitit posterior, SCHVLTING. l. c. p. 658. Condiſio, ſiue cauſa fine qua non, erat cauſio proprietatis domino a quauiſuſructario praefanda. Iccirco in §. 2 I. de vſuſructuſ expreſſe adiicitur, *ut eo nomine heredi vti- liſer caueatur; et in fine §. citati, per cautionem qua- uſumfructum conſtituit.*

§. XXXII.

Dubitat equidem GALVANVS in suis Disputationibus de vſuſructuſ cap. III n. 3 p. 15 seq., num Senatus Galvani Romanus quauiſuſructum expreſſe introduxerit, ade- errocaon pinio.

oque eius auctor fuerit, nec ne? Anſam ſumifit ex L. 2 D. de vſuſructuſ earum rerum quae vſu conſumuntur, et quae exinde petita eſt, §. 2 I. de vſuſructuſ; vbi expreſſe legitur: *SCtia non fuſſe effectum, ut pecuniae vſuſructus proprie- effet; Senatum enim non potuſſe mutare naturalem rationem vſuſructus; adeoque nec facere rerum fungibilium vſumfruc- etum: sed REMEDIO INTRODVCTO quauiſuſructum haberi coepiſſe.* Hinc argumentatur GALVANVS: quoniam Se- natus non potuit efficeri vſumfructum rerum fungibi- lium: nec quauiſuſructus Senatuſ Romano adiicribi potest, ſed alio accedente remedio hic fuit introductus. Cuius remedii explicationem ſequenti dedit modo: Se- natum Romanum, vtpote qui, tanquam legum mini- ster, directe contra leges ciuiles et ſubſtantiam vſuſructus agere non potuerit, obliqua vſum fuſſe via, disponen- do in generali decreto: *ut omnium rerum, quae in patrimonio*

confidunt, legato relinquunt queat vſuſfructus; quae verba ferent eadem leguntur in L. 1 D. de vſuſfructu earum rerum, quae vſu consumuntur. Ex hisce autem amplioris sensus Senatus Romani iussis pergit GALVANVS, ICtos, qui priſcas iuris ciuilis ſubtilitates maxime curabant, mediante benigna interpretatione, diſtinctionem vſuſfructus veri et quasiusuſfructus inueniſſe, ita vt in rebus non fungibilibus ſubſtantia vſuſfructus ſalua conſideretur: in rebus vero fungibilibus, quae, vrendo iis, ſaliam non relinquerent ſubſtantiam, ſed conſumerentur, *quaſi*, ſeu *improprius*, locum haberet vſuſfructus; quo diſcrimine ſeruato & generale conſultum Senatus Romani ex iuris veteris principia ſalua fuſſe exiſtimat GALVANVS L. d. p. 16 et 17.

§. XXXIII.

Aliam plane viam ſectatur acutiffimus in explicando iure Romano GERARDVS NOODT. in tractat. de vſuſfructu lib. 1 cap. 20 p. 381, qui vt hanc GALVANI a recto deſteſtentem corrigerer opinionem, ſimulque apparens fundamen[t]um euertet, defendit, duplex SCti de quaſiuſfructu diſponentis fuſſe caput. Priore nimirum diſpoſitum fuſſe generatim: ut omnium rerum, quae in bonis ſunt, vſuſfructus legari poſſit, per L. 1 D. de vſuſfructu earum rerum, quae vſu consumuntur, inde autem manafe vſuſfructum rerum fungibilium, per cit. l. Secundo autem capite iuſſiſſe Senatum: ut legato rerum fungibilium vſuſfructu earum dominium ſub cauſionis REMEDIO tranſiret. Hinc apparet ipſi vocabulo *remedii* non forte interpretationem ICtorum, ſed cautionem ab ipſo Senatu, in ſecundo Confulti eius capite, introductam, veniſſe. Verum quidquid huius rei ſit, nos equidem huic ſententiae in totum ſubſcriberemus non auſimus. Nam quamuis hac in parte cum NOOBTIO faciamus, quod ipſe *remedium*, quo in introducendo rerum fungibilium vſuſfructu vſi fuerant Romani, non ICtis, ſed ipſi Senatui Romano adſcribat, vt ex seq. §. apparebit; tamen ex altera par-

Noſtrum
de hac
Noodtii
doctrina
iudicium.

parte, qua vir perspicacissimus duo capita SCti fuisse acute nimis coniicit, nos quidem remoratur summi ponderis argumentum, quod nec in legibus, nec in historia iuris, nec apud VLPIANVM in fragmentis tit. XXIV §. 27, quem NOODRIVS auxilii praefidique causa nominat, duo a se inuicem capita secernantur. Quare enim non tribus aut pluribus capitibus haec omnia dispositio SCtum? Aut, quare non pluribus diuerso tempore latis SCtis, partim in genere de usufructu omnium rerum quae in bonis sunt, partim de usufructu rerum fungibilium in specie, partim de cautionis remedio, decisiones datae fuerunt? Hinc, quamdui ex legibus aut antiquitatibus potiora non affertuntur monumenta, nos non decidimus, num uno, an pluribus, aut quot capitibus absolutum fuerit SCtum? Sufficerit enim nobis in hac incertitudine saltim cognoscere, quod Senatus Romanus et ipsum rerum fungibilem usufructum, et cautionis remedium, suo, et quidem, vii probabile est, uno codemque introduxit decreto.

§. XXXIV.

GALVANI autem, *remedium* introducti quasiusufructu Galvanus
ctus ICtis tribuentis, opinionem, (§. 32) amplecti mul- refutatur.
to minus possumus. Nam I) verba §. 2 I. de usufruc-
tu, et L. 2 D. de usufructu earum rerum, quae usi consu-
muntur, quae declarant, non potuisse Senatum rerum, quae
usi consumuntur, facere usufructum, minime indicant:
Senatum Romanum non habuisse ius seu potestatem sta-
biliendi legatum aut conuentioneum, quae rebus alienis
fungibilibus abutendi facultatem permitteret, dum iam
AVGVSTO Romani imperii gubernacula tenente Senatus
auctoritas maxima sentiret incrementa, ut vel successore
ipsius TIBERIO imperante, omnis legum ferendarum,
quae hucusque penes populum in comitiis fuerat, pote-
stas in curiam transiret, teste CORNELIO TACITO lib. I Annalium cap. 15. Contrarium potius ex ipfa cit l. 2 di-
serre potest deduci. Haec enim docet, propterea Se-
natui Romano haud licuisse rerum fungibilium introdu-

38 DISSERTAT. IVRIDICA TERTIA. C. III. §. 34.

cere vi sum fructum, quod *naturalem rationem mutare non potuerit*, h. e. quia Senatus non poterat efficere, vt res fungibles v su haud consumerentur; vel quia essentiam v su fructus tollere et contradictoria, nempe in v su fructu abusum rerum fungibilium, inuehere, moraliter impossibile videbatur, nisi vniuersum corrumpere negotium et nouum, praeter receptam vocis significationem contra sancta Iurisprudentiae praecepta, fingere placuisse. Quod tamen cane peius et angue fugiebant de testabanturque prosectori Romani. Cuius rei vel vnicum v su capionis seruitutum allegare exemplum licet. Quis ICtorum nescit in interpretandis legibus et inueniendis nouis scientiae legitimae capitibus maximam curam atque auctoritatem: vt sententiae etiam eorum iuris scripti annumerarentur speciebus? Quum autem hic contra ius ciuile, quod in rerum v su capione et possesso, et dominii adquisitionem, necessario exigebat, seruitutum v su capionem interpretando permettere non dubitarent, CICERO pro Caccina cap. XXVII; lege Scribonia haec expresse fuit abolita, L. 4 s. vlt. D. de v su capionibus. Praetor deinde primam originem praescriptioni seruitutum longo tempore absoluendae dedit, L. 10 D. si seruus vindicetur, Iustinianus autem peculiarem formam et valorem ei attribuit, L. vlt. C. de longi temporis praescriptione. Hinc sane liquidum est, Romanos subtiliora iuris principia sancta et intacta seruasse, quod vel ex plurimis fictionibus et nouis praeter dispositionem legum inuentis scientiae legitimae praeceptis perspici poterit: siquidem harum innovacionum causa erat ut iuris stricti themata violarentur minime. Ideo contra legum sanctiones Senatus Romanus rerum quae v su consumuntur v su fructum efficere nequibat. Nec II) me dium, quod in constituendo rerum fungibilium quasiusfructu adhibuisse dicitur Senatus in §. 2 l. de v su fructu, ICtos eiusdem autores fuisse vel minimo probabilitatis gradu eniuncit. Nam a) nulla plane lex omnium huius

Huius argumenti titulorum in collectione iuris Romani Iustinianea, *corpus iuris* vocant, mentionem facit ICtorum, qui confiendo quasiusfructui adhibuerint manum. Nec b) vius scriptorum, qui historiam iuris illorum temporum nostrae prodiderunt memoriae, vel littera quadam tradidit ICris deberi originem quasiusfructus; quamuis explicacionem formati quasiusfructus deinceps pro more suo dederint. c) Contrarium potius ex VLPIANO in fragmentis tit. XXIV §. 27, teste hac in causa fide digno eluet. *Senatusconsultio*, verba ipsius VLPIANI sunt, *cautum est*, ut etiam, si earum rerum, quae in abuso continentur, ut puto vini, olei, vitrioli, ususfructus legaris sit, legatario res tradantur, reliq. Haec enim profecho, non ICtos, sed Senatum Romanum, quasiusfructus auctorem fuiss, aperte demonstrant, ANTON. SCHVLTING in *Iurisprudentia ante Iustinianea* p. 658. d) *Medium* constituti in fungibilibus rebus quasiusfructus ex ultimis §. 2 I. de ususfructu verbis statim luce meridiana clarius apparet, nimurum: *per cautionem quasiusfructum haberi coepisse*. Duplex inde colligi posse videtur medium. Primum medium erat quasiusfructus; hoc nempe indicat, Senatum Romanum, quia cum qualitate naturali ususfructus et cum legum ciuilium dispositione pugnare visum fuerit, in rebus fungibilibus non verum, sed quasiusfructum constituisse. Cuius argumenti explicatio sequenti instituenda est modo. Nempe Romani, ybi negotium aliquod, praeter causam et formam legibus determinatam, alteri cuidam in quibusdam capitibus simile, in aliis tamen dissimile occurrerat, negotii proprii, cui alterum simile sed quodammodo dissimile comparabatur, nomen non simpliciter adhibebant; quia discrimen et diuersitas virtusque euidens erat: verumtamen ob similitudinem, vocabulum eius negotii cui alterum assimilatum respondebar, adhibebant, adiecta ei particula *qua*, improprietas et dissimilitudinis sat manifestae nota. Exemplo sint quasicon-

tractus. In his enim Romani deprehendebant, quod non sint contractus; nec villa conuentio, nec vllum negotium intercedat eos, qui *quasi ex contractu* sibi obligantur inuicem; nec consensus interueniat, quibus tamen requisitis contractus, tanquam conuenzionum species, inimicabantur, L. 5 D. de obligationibus et actionibus. Interim quum non minus aduerteret eos tamen esse facta licita, e quibus obligationem descendere summa exposceret aequitas; quumque hinc deprehenderent eosdem in classe delictorum poni non posse; pronunciant negotia siue facta eiusmodi licita producere debere obligationem *quasi ex contractu*; h. e. aque ac si contractus, qui tamen non erat, fuisset celebratus. Adhibebatur icirco nomen *contractus*, superaddita tamen voce *quasi*. Alia exempla per vniuerfam fere Iurisprudentiam Romanam sparsa leguntur, vti sunt, *quasi publica accusatio suspecti tutoris*, *quasidominium*, *quasipossessio*, *quasitraditio*, *quasi usucapio*, *quasicastrense peculium*, *quasitemtamentum*, *quasiposthumus*, *quasipupillaris substitutio*, *quasidelictum*, *quasiferrariana actio*, *quasifalnianum interdictum*, et alia. His casibus simili ratione non publicam accusationem suspecti tutoris, non dominium, nec possessionem, nec traditionem, aut usucaptionem, nec castrense peculium, nec testamentum, nec posthumum, cet., existere defendebant Romani; quippe maximum haec et illa negotia intercederet discrimen: quum tamen magna conuenientia et similitudo suppetret, nomina negotiorum ordinaria retinuerunt apposita vocula, *quasi*, quae luculenter demonstraret, improprie tantum et analogice hanc adhiberi appellationem. Ita et similitudo quaedam ex uno, disparitas autem ex altero latere, inter usumfructum, qui in rebus non fungibilibus ab antiquo erat legge firmatus, et nouam eius in rebus fungibilibus speciem a Senatu Romano propositam, apparebat. Ideo solum usumfructus nomen posteriori speciei applicare minime erat conueniens; attamen *quasiusumfructus* voculum

C.III. §.34,35,36. DE CAVTIONE VSUFRVCT. 47

bulum congruum satis videbatur. Hinc quum in rebus fungibilibus relictum sive concessum usumfructum hoc nomine simplici insignire non liceret, Senatus inuenit aptum medium primum, quo disponebatur ut appellaretur *quasiusufructus*. Alterum medium, quod Senatus Romanus stabilendi quasiusufructus causa adhibuit, *cautio* fuisse declaratur in d. §. 2, quae, cum plenum rerum fungibilium in usufructuarium transiret dominium, et obligatio tantundem eiusdem aestimationem restituendi saltim supereret proprietario seu constituenti, eum, de rebus eiusdem qualitatis et quantitatis, earumque aestimatione, finito quasiusufructu recipiendis, reddere deberet securum.

§. XXXV.

Caurio haec, quamvis non a Praetore, sed per SCturn, inuecta sit; et eapropter Senatoria seu civilis audiebatur, (cap. II §. 23): tamen quia ad exemplum praetoriae cautionis in usufructu constituta fuit, non minus satisfactione sive datis fideiussoribus praestanda est, quod expressa §. 2 I. de usufructu verba, et legatarius satisficerunt demonstrant. In subsidium tamen, ut in praxi obseruat, pignoratitiam, aliaque cautionis species iudicis arbitrio admittendas esse, iubet aequitas, arg. L. 15 pr. D. qui satisfare coguntur, et L. 29 D. de regulis iuris. Confer quoque supra cap. II §. 22.

§. XXXVI.

Forma tamen cautionis huius in quasiusufructu praestandae a veri usufructus satisfactione differt quam maxime. Quum enim quasiusufructus dominium erit in quasiusufructu, praestandas, exigere profecto non potest; siquidem quasiusufructuarius tanquam dominus liberam abutendi facultatem habet, et hac ex causa ad regulas boni viri et patrifamilias in abuso sibi competente obseruandas cogi nequit; deinde

F

34:

42 DISSERTAT. IVRIDICA TERT. C.III. §. 36, 37, 38, 39.

autem absolute quasiusufructu, si modo plene ad effectum fuerit deductus, e rebus fungibilibus usufructuario traditis certe nihil existabit, quod restitu in specie queat. Aliis igitur duobus cauro quasiusufructaria absolutiuitur capitulo, quorum occasione iure Romano stipulando promittere debet usufructuarii: *finito quasiusufructu per mortem aut capitatis deminutionem, se aut I) tantundem eius generis et qualitatis restituturum, aut II) affirmationem praestiturum esse.* L. 7 D. de usufructu earum rerum, quae vix consumuntur.

§. XXXVII.

Quasi-
usufruc-
tus eriam
inter viuos
potest
constituvi.

Quemadmodum autem in vero usufructu verba legum de sola ultima voluntate, in qua ille relictus erat, loquenter, ob aequitatem ad usumfructum inter viuos concessum fuerant ampliata (cap. II §. 17); ita et contigit, ut verba SCti solum usumfructum rerum fungibiliū legato relictum ratum habentia, ex sauro ultimorum voluntatum, postea ob aequitatem extenderentur quoque ad eum casum ubi inter viuos per conuentioneum mediante traditione ius aburenti rebus fungibilibus erat constitutum, IO. VOET. in *Commentario ad Digest. lib. VII tit. 5. §. 2 p. 385*, WOLFGANG. ADAM. LAVTERBACH in *collegio theoretrico-practico lib. VII tit. V §. 4 p. 514 seq.*

§. XXXVIII.

Num cau-
tio sit de
substantia
quasiusu-
fructus?

Virum vero cau-
tio ad substantiam quasiusufructus ne-
quiratur, nec ne? maioris, quam in vero usufructu, mo-
menti quaestio est; quia optimae notae ICti et prisa-
aetate et recentioribus nostri aevi temporibus in utram-
que partem hanc ventilarunt disquisitionem. Affirman-
dum prius, deinde et negantium argumenta proponen-
da et sub incudem vocanda erunt.

§. XXXIX.

Rationes
affirmati-
tium.

Affirmatiuam opinionem, nempe, quod cau-
tio quasiusufructus substantiam ingrediatur, defendunt HER-
MANNVS VULTEIVS in *Iurisprudentia Romana* §. 3483
P. 564 seq., ANDREAS GAILL in *observationibus practicis lib. II*
obs.

C. III. §. 39, 40. DE CAUTIONE VSUFRVCT. 48

obs. 46 num. 3 p. 371, HILLIGER ad Donellum lib. X cap. 4
lit. E, VLRICVS HVBER. in praelectionibus ad Institutiones lib. II tit. 4 §. 9 p. 148 seq., 10. GOTTFRIED. SCHAM-BVRG. in compendio iuris Digestorum lib. VII tit. 6 §. 2 p. 276,
vt et in annotationibus ad Struvii Iurisprudentiam forensem
lib. II tit. VIII aphor. XII p. 244 seq., nec non fidus ceteroquin noster in erudiendi scientiae legitimae Tironibus dux, 10. GOTTLIEB. HEINECCIVS in compendio iuris Digestorum lib. VII tit V §. 124 num. 3 p. 232. et alii. Sequentibus praecipue hi Viri moti fuerunt rationibus.

I) Quia expressa §. 2 I. de *usufructu* verba indicant, cautione mediante quasiusufructum fuisse introductum, cum alia ratione non potuerit habere locum. Inde colligi posse sibi persuadent, ipsas leges securitatem tanquam quasiusufructus fundamentum essentiamque posuisse; qua deficiente nullitas emergat.

II) Quia plenum in quasiusufructu transit rei fungibilis dominium, nulla alias conseruari potest, nisi per fictionem in praefixa constitueri eiusue heredi satisfactione, proprietas.

III) Quia testator, qui in ultima voluntate quasiusufructum constituit, cautionem eiusmodi ex legis dispositione necessariam remittere aut tollere non est integrum, L. 1 C. de *usufructu*.

IV) Quoniam praefixa nondum cautione agere non potest is, cui quasiusufructus ex conuentione aut ultima voluntate competit, L. 8 D. de *usufructu earum rerum, quae usu consumuntur*, L. 6 D. ut in possessione legatorum servandorum causa esse licet, L. 1 C. de *usufructu*, nec fructus capere ei licet, L. 24 D. de *usu et usufructu legatis*.

V) Quia remota satisfactione, non quasiusufructus manere, sed in mutui contractum transire videtur.

§. XL.

Qui e contrario negantem tuerintur sententiam, Negantem cautionem hanc non essentiam quasiusufructus attingere, sed ad naturalia externa attributa pertinere existimantes, vii sunt MARCVS AVRELIVS GALVANVS in Disserta-

44 DISSERTAT. IURIDICA TERTIA. C. III. §. 40.

tionibus de *usufructu* cap. XIX num. 9 et 13 p. 210 seq.
 IOANNES VOET. l. c. lib. VII tit. 9 §. 11 p. 394, LAVTER-
 BACH d. l. lib. VIII tit. 9 §. 14 p. 517, ARNOLDVS VINNI-
 VS in *Commentario* ad §. 2 l. de *usufructu* num. 4 p. 246,
 IACOBVS FRIDERICVS LUDOVICI in *doctrina Pandectarum*
 lib. VII tit. 5 §. 2 p. 166, HVERBERTVS GIPHANIVS in *Com-*
mentario ad §. 2 l. de *usufructu* p. 135 voce: *utiliter caner-*
atur, IOANNES BORCHOLTEM in *Commentario* ad §. 2 l. de
usufructu n. 4 p. 176, HENRICVS ZOESIVS in *Commentario*
 ad *Digesta* lib. VII tit. IX num. 8 p. 281, CORNELIVS VAN
 ECK in *principiis iuris Digestorum* lib. VI tit. 9 §. 9 p. 272:
 LVDER. MENCKEN. in *Systemate iuris ciuilis secundum ordi-*
nem Digestorum lib. VII tit. 9 §. 1 p. 160, PETRVS MULLER.
 in *annotationibus ad Scrutii syntagma iuris ciuilis Exercit.*
 XII thes. 39 p. 770, IOANNES HARPPRECHT in *Commentario*
 ad §. 2 l. de *usufructu* n. 10 et 20 p. 424, argumenta ad-
 versariorum affirmantium sequenti ratione solvere anni-
 tuntur. 1) Verba d. §. 2 l. de *usufructu* quidem aper-
 te satis cautionis necessitatem in constitudo quasiusu-
 fructu innuere, et exinde non negari, quod, si ad ori-
 ginem quasiusufructus aduertere velimus animum,
 tunc temporis ad formam eiusdem necessario pertine-
 rit, quamuis securitatis hocce momentum essentiam pro-
 prie sic dictam, quae saluo negotio immutabilis est,
 (cap. I §. 3), attigisse demonstrari nequeat. Quemad-
 modum autem et ipsa verba dicti §. ad eam solum se re-
 ferant facti specimi, si rerum quae in abuso continen-
 tur quasiusufructus fuerit LEGATVS, usu ramen et aequi-
 tatis ratione spectata inualuerit, vt idem conuentione
 quoque seu negotio inter viuos celebrato constitui po-
 tuerit, (§. 37); ita et a prima quidem origine cautionem
 istam, tanquam formam necessariam seu medium esen-
 tiae quasiusufructus prope accedens, a Senatu Romano
 fuisse praescriptam: ex postfacto autem, quum introdu-
 ctus iam esset quasiusufructus, (utpote quia d. §. 2 l.
 de *usufructu* de cautione loquens, tantum declaratus;

non

C. III. §. 40. DE CAVTIONE VSVERVCT. 45

non autem prohibitiae ad excludendas omnes species
vbi non praestatur cautio, capiendus sit) vnu invaluisse,
vt et sine cautione subsistere queat, arg. L. 5 §. 1 D. de
vsufructu earum rerum, quae vnu consumuntur; quamvis,
si heres tue proprietarius eam desideret, leges hanc
praestari diserte iubant, L. 7 D. cod., L. 1 C. de vsufruc-
tu, ARNOLDVS VINNIUS in Commentario ad §. 2 I. de vsu-
fructu p. 246, PETRVS MULLER. l. c. Exercit. XII thes. 38
not. e Tom. I p. 771. II) Proprietatem in quasiusu-
fructu nunquam, nequidem praefita cautione, vere
seruari posse, sed sola iuris fictione constituenti saluam
esse; quam autem nullae, vt proprietas per cautionem
in constituentis potestate maneat, expressae requirant
leges: nil obstare, quominus obligatio quasiusufructua-
rii, res eiusdem generis et quantitatis, earumque aesti-
mationem, praestandi finito quasiusufructu, proprieta-
tis mediante fictione iuris subeat vices, MENCKEN. l. c.
§. 1 p. 160. III) Quamvis testator quasiusumfructum
constituens (vti et in vero vsufructu, cap. praeed. §. 25
num. III) in praeiudicium proprietarii heredis cautionem
remittere nequeat, quod late deduxit IO. HARP-
PRECHT l. c. n. 183 seqq. Tom. I p. 440 seq., non tamen
inde argui posse, quod ipse proprietarius heres, vel qui
inter viuos quasiusumfructum constituit, illi in sui fa-
uorem a legibus introductae pacto speciali renunciare
non valeat, quippe ex L. 5 §. 1 D. de vsufructu earum
rerum, quae vnu consumuntur facti species eluceat, vbi nul-
la praefita fuerit cautio, et L. 7 D. cod. expresse dicat:
DESIDERANDAM a legatario cautionem esse; ideo, si nolit e-
am, nec desideret heres vel alius proprietarius, qua ra-
tione ad illius praestationem cogi possit fructarius, nul-
lam apparere rationem nec legis praecriptum. IV)
Vsufuctarium ante praefitam cautionem non prorsus
excludi a petitione vsufructus rerum fungibilium ea-
rumque confusione: sed eo demum casu, quo ex-
etiam a se cautionem fructuarium praestare, contra legum

46 DISSERTAT. IVRIDICA TERTIA. C. III. §. 40.

scita, recuset, (§. 25 num. II cap. praed., vbi leges a dis-
sentientibus in vitroque tum vero, tum quasiusufructu
allegari solitas explicuimus), IVSTI HENNIGII BÖHMERI
introductio in ius Digestorum lib. VII tit. 9 §. I p. 245,
GIPHANIUS l. c. ad §. 2 I. de usufructu p. 135. V) Cau-
tione omissa quasiusufructum in mutuum transformari
minime. Licer enim vtrumque hoc negotium in eo
conueniat, quod a) obiectum sint res quae in abuso con-
tinetur, b) dominum ex vitroque per traditionem
transeat in accipientem, et c) traditae res, non in spe-
cie, sed in genere eodem, eadem quantitate et qualita-
te, sint restituenda: in reliquis tamen capitibus eadem
quam longissime inter se distare. Nam 1) quasiusufruc-
tum, tum inter viuos per pacta et stipulationes, accedente
traditione, tum mortis causa constitui et adquiri posse: mu-
tuum vero non nisi inter viuos per contractum realem ce-
lebrari, et si forte contigerit, vt testator in ultima volun-
tate elocationem pecuniae in fauorem certi debitoris ius-
serit, nihilosecundum mutui negotium, non ex ultima vo-
luntate, verum ex contractu heredis substantiam capere.
2) Illum, tanquam speciem seruitutis, ad ius in re per-
tinere: hoc autem contractibus accenseri, adeoque in
classem iuris ad rem esse referendum. 3) Illum non ad-
mittere usuras: mutuum vero, licet iure Romano per se
gratuitum fuerit, usurarum stipulationem ex eodem iu-
re nullatenus prohibere, et hodie tum ex pacto, tum
ex mora usuras esse praestandas. 4) Illum non finiri
nisi ob mortem, capitis deminutionem, et praeterlapsum
tempus in constituendo quasiusufructu per conuentio-
nem definitum: hoc autem morte vel capitis deminu-
tione per se non tolli, (quippe ex mutuo ius et obliga-
tio transeat ad heredes et creditoris et debitoris), et
quandocunque reuocari posse per renunciationem aut re-
petitionem fortis (*aufkündigung des capitatis*) legitime fa-
ctam; nisi certus per pactum adiectum praefinitus sit ter-
minus. 5) Illo finito, usufuctuarii esse electionem.
vrum

vtrum eiusdem generis, quantitatis et qualitatis res restituere, an earum aestimationem praestare malit proprietario: hoc cessante, creditori inuito a debitore aestimationem rerum ex hoc contractu debitarum obtrudiri non posse, sed eum ad tantundem in eodem genere, quantitate et qualitatate restituendum simpliciter obligari.

6) In illo securitatem esse attributum naturale, quod proprietarius ab usufructuario petere possit permittente lege, licet nulla hoc de arguento initia fuerit conuentio, (§. seq.): in hoc cautionem esse attributum accidens, quod non praeteretur, nec exigi queat a debitore, nisi hic eam pacto promiserit creditori.

§. XLI.

Negantium nos probamus sententiam, nempe, Negantiae cautionem non essentiale, sed naturale potius attributum externum quasiusufructus esse afferit, sequentiis moti argumentis. I) quia, si quasiusufructum, ut tentiam. in se est, quatenus constituitur et exercetur, consideremus, cautio illum nulla tangit ratione, sed praeter essentialium securitatis tantum caussa accedit. Quantum ergo ipsum negotium et securitas in eodem praestari solita differunt, tantum et quasiusufructus per se consideratus a cautione in eo praestanda distat: adeoque haec illius substantiam minime ingreditur. Sicuti enim tutor legibus iubentibus satisfare ordinarie tenetur: ita tamē nemo vñquam dixerit cautionem hanc tutelae attingere substantiam. Pari ratione, ubi in mutuo ex conuentione cautio praestatur per fideiussores, pignora, hypothecas, haec profecto securitas ob pactum speciale illi contractui accedens cum eo non commisceatur, nec ipsum debitum afficit, aut per se cum eo coniuncta est; sed tanquam qualitas alioqui non cohaerens sponte adiicitur. Ita cautio fructuaria quasiusufructum per se non ingreditur, nec cum rebus hac ex causa traditis, aut facultate iis abutendi concessa, commune quidquam habet; verum eodem modo, quo securitas negotio alteri per

48 DISSERTAT. IURIDICA TERTIA. C. III. §. 47.

per se non coniuncto additur, accessionis in vicem, leges in quasiusfructu pro speciali favore proprietarii praescripte satisfactionem. II) Quasiusfructus, veri ususfructus ad exemplum, in iis rebus quae videntur consumuntur, fuit introductus. Quae igitur attributa (exceptis solum iis, quae ex rerum fungibilium notione necessario fluunt, aut legibus speciatim ad verum restringuntur usumfructum), in vero obtinent ususfructu, ea et quasiusfructui adscribere nulli dubitamus. Quum autem veri ususfructus ad substantiam non requiratur, (cap. II §. 26 et 27); nec quasiusfructus ellen-tiam constituet cautio. III) Quasiusfructus et sine praefixa cautione subsistit, et omnes in suum commodum vertit utilitates fructuariorum ac res iuste consumit, si non iniuro proprietario eadem ad ipsum peruenient, L. 5 §. 1 D. de ususfructu earum rerum, quae usu consumuntur. In hac enim lege disquiritur, quamnam proprietario, si non praefixa sit securitas, actio competit finito quasiusfructu ad repetendas res sibi debitas. Hinc quia ibi non declaratur, fructuarium rebus sibi traditis male et iniuste fuisse abusum, atque omne id quod interest heredis seu proprietarii praestare teneri; validum profecto eiusmodi fuisse quasiussumfructum absque cautione, perspicit qui-libet. IV) Quia et ante translatum quasiussumfructum, et postea satisfaci potest, L. 10 D. sed. V) Heres aut proprietarius inter viuos constituens quasiussumfructum cautionem remittere omnino potest, quamvis testator eam heredis in praeiudicium prohibere non potuit, L. 6 D. ut in possessione legatorum servandorum causa esse licet, L. 1 C. de ususfructu. Nam 1) in solius heredis favorem introducta est haec cautio: hinc et ei renunciare licet, L. 46 D. de pactis; 2) d. l. 5 §. 1 D. de ususfructu earum rerum, quae usu consumuntur praebet exemplum quasiusfructus ex con-sensu vel salutem tacito heredis sine cautione validi; 3) L. 7



L. 7 D. eod. expresse constituit, cautionem esse desiderandam a legatario. Si ergo non petat, eam aut per pactum remittat proprietarius heres, omitti potest, PETRVS MULLER l. c. Ex. XII thes. 38 not. § p. 772. VI) In legitimo patris, tum vero, tum quasiusfructu (cap. II §. 26 num. II), ut et aliis quibusdam causis per ipsam legis dispositionem securitatis praestatio remissa est fructuario: ergo non est de substantia. VII) d. l. §. 1, expresse pronunciat: si pecuniae vſuſfructus legatus, vel aliarum rerum, quae in abuso confidunt, NEC CAVTIO INTERVENIAT: videndum finito vſuſfructu, cert. Ex his igitur verbis manifesto appetet quasiusfructus sine cautione validus.

§. XLII.

Naturale tamen externum quasiusfructus attri- Cautio est butum cautio esse videtur. Nam I) ex legis pre- naturale scripto, non ex conuentione, fructuario ad eam externum praefstandam cogitur, s. 2 l. de vſuſfructu, L. 2, L. 7, quasiusfructus. L. 10 D. de vſuſfructu earum rerum, quae vſu consumun- tur, L. 6 D. ut in possessione legatorum servandorum causa esse licet, L. 1 C. de vſuſfructu. II) Ille fructuario, quamvis nihil quidem ea de re fuerit conuentum, cautionem praestare tenetur, nec in iuto proprietario hoc onus, ea sub specie, quod de cau- tione praefanda inter ipsos nihil sit actum, recusare potest: quia ante actio non competit cum effectu ad petendum quasiussumfructum, quam exactam a se praefitterit securitatem, d. l. 6 D. ut in posses- legatorum. III) Durante adhuc quasiusfructu cautio ante non desiderata postea peti nihilominus potest con- dictione incerti, d. l. §. 1 D. de vſuſfructu earum rerum. IV) Omiti tamen eadem potest salua quasiusfructus substantia, iubente aut lege aut pacto eorum ad quod haec res pertinet. Consentient omnes in limine §. 40 allegati maximi nominis ICti.

G

Quae

50 DISSERTAT. IURIDICA TERTIA. C.III. §. 42, 43.

Quae de praxi obseruanda erant, §. 27 cap. II docet, vbi et vsu fori hanc nostram sententiam esse receptam fuit demonstratum.

§. XLIII.

Actiones
proprietati-
rio com-
petentes
durante et
finito qua-
siusfru-
ctu

Actiones, quae proprietario ex causa quasi-usufructus competit, facili discernere possumus negotio. Ad cautionem exigendam re iam tradita competit conditio incerti ex L. 5 §. 1 D. de usufructu earum rerum, quae usu consumuntur. Finito quasi-usufructu per mortem, capit is diminutionem aut praeterlapsum terminum conuentione definitum, distinguendum est, virum satis datum fuerit, nec ne? Priori in casu competit actio ex stipulatu ad rependas res in eodem genere, earumque aestimatione. Posteriori autem, conditio ex d. l. 5 §. 1, cum qua, si ius pignoris aut hypothecae constitutum fuerit, actio hypothecaria concurrere videtur.

COROLLARIA.

- I) In mutuo ut alienatio.
- II) Hodie actio legis Aquiliae ad heredes transire.
- III) Princeps S. R. I. puriori ecclesiae euangelicae addicatus alias quoque, praeter adulterium et malignam desertiōrem, iustas diuortrij causas in suo territorio praescribere posse videtur.
- IV) Poenam L. 13 D. quod metus causa gestum erit, et L. 7 C. unde vi, ad viam facti iure Romano statutam hodie adhuc applicari posse credimus.
- V) Iure Germanico genuino patrem liberis suis, per separatae oeconomiae institutionem aut per nuptias a patria porestate liberatis, ad bona aduentitia omnia exhibenda obligari censemus.
- VI) Homicidae doloso minus recte tribuitur ius asyli.
- VII) In vestimentis et verus et quasiusufructus constimi potest.



ULB Halle
006 398 758

3




X 2203495

Sb.

KD17
VD 18







16

DISSERTATIONEM IVRIDICAM TERTIAM
QVA DEMONSTRATVR

CAVTIONEM VSV- FRVCTVARIAM

NEC VERI NEC QVASI VSVSFRVCTVS
SVBSTANTIAM INGREDI SED SOLVM NATVRALE
EXTERNVM ATTRIBVTVM ESSE

ANNVENTE CLEMENTER DIVINO NVMINE
AVCTORITATE ET IVSSV
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI
DOMINI
G V I L I E L M I V.
AVRIACI ET NASSAVICI PRINCIPIS
RELIQ.

PRAESIDE
WOLRADO BVRCHARDI
I. V. L. ET PROF. P. O.
FACVLT. IVRID. H. T. DECANO
DIE VIII. MARTII. A. R. S. clo. Is cc lviii.
H. L. Q. S.
PVBLICAE COMMILITONVM DISQVISITIONI
EXHIBEBIT
PHILIPPVS CHRISTIANVS IECKELN
HERBORNA - NASSAVICVS.

HERBORNAE,
LITTERIS REGELINIANIS